



## **Universitätsbibliothek Paderborn**

**Vita B. Francisci Salesii, Episcopi Et Principis  
Gebennensivm Meritissimi**

**Maupas du Tour, Henri Chauchon de  
Coloniæ Ubiorum, 1663**

Cap. XI. Patribus Fuliensibus Abbatiam Abundantiæ attribuit, magnificas  
conditiones a Rege Christianissimo propositas repudiat: in Rupensi  
oppidulo conciones habet feliciter.

**urn:nbn:de:hbz:466:1-42882**

## CAPUT XI.

*Patribus Fuliensibus Abbatiam Abundantiae  
attribuit: magnificas conditiones à Rege  
Christianis me, propositas epudiat: in  
Rupensi oppidulo conciones habet  
feliciter.*

Ita evenit ut domum Dei decere sanctitudinem in longitudinem dierum, ajebat Princeps ille Psalmographeus; (a) ita non minor cura incendebat Beatum Petrum, ejusdem domus Dei, hoc est, Ecclesiæ, eadem illa sanctimoniam ubique ornandæ: & nihil ipsi utiq; accidere potuisset jucundius, quam si vitâ profundendâ solidam pietatem asserere potuisset locis iis omnibus, ad quos ei accessus patebat. Eo consilio promovit totis viribus consilium Vespasiani Alazzæ, viri sanè boni, & divinæ gloriæ per studios, de sua Abbatiâ transferendâ in Patres Fulientes. Eam in rem ad Clementem VIII, volente atq; adeò rogante Vespasiano, scripsit Beatus Antistes, cum Abbatiâ Abundantiae in sua Diœcesi possum teneret sex Religiosi haud optimi, percupere Abbatem, virū ipsis dissimilimum, eā prorsus cedere, suoq; & veterorum illorum loco constitutæ Religiosos S. Bernardi Congregationis Fulientes, quod ajebat Franciscus, per probos illos Religiosos sancto amore flagrantibus in horto illo Ecclesiæ resusciterent virtutes, avulis stirpis publicæ offensionis; quam, terram illam inutiliter occupantes illi alii, pessimo exemplo

Q 3

erecta-

(a) Psal. 92.

246. VITÆ B. FRANCISCI SALESII  
creaverant. Nec difficile fuit rem bonis omnibus  
op̄abilem impetrare: jussi à Pontifice ex Abbatia  
excedere in veterati illi dicrum malorum, annuâ penit-  
tatione cuique attributâ, eorum in locum rite &  
legitimè suffici. Patres Fulientes, iuribus omni-  
bus redditib⁹ usque Abbatiae deinceps fruituri.

Sub idem tempus accepit literas ab H̄-io, con-  
stitutum esse Henrico IV, Regi Christianissimo,  
precari ab eodem Summo Pontifice, ut Franci-  
cum Cardinalem crearet; sibi quippe persuaserat  
Princeps optimus, eam demum rationem unan-  
ime, evocandi in Galliam Gebennensem Episco-  
pum, quod jamdiu, ut vidimus, meditabatur an-  
imo: proinde nihil forte unquam majori animi al-  
dore perficiendum suscepserat: ut ex eo liquef-  
quæd dicere solitus erat, invidere se Duci Sa-  
baudia Episcopum tanti meriti. At Vir ab omni  
honorum op̄umque ambitione alienissima  
„ ad Regem scripsit, Habere se quidem gratias  
„ quam posset maximas, pro eo de se iudiciorum  
„ dioque: ceterum contentum se esse modico  
„ Episcopatus sui redditibus: patriæ suæ à se debet  
„ officia cuncta: potrò præter unum Deum, in  
„ quo spes omnes suas repositas haberet, omnia  
„ se pro Yanis atque inanibus putari. Ad id, ad in-  
„ timorum quendam scribens, Utinam, inquit  
„ à me dignitatem illam avertat Dominus Deus,  
„ ego illa dignus non sum: ac rametsi non me la-  
„ tet pars unum esse Summo Pontifici; si ramet  
„ salvo officio possim, galatum illum passus tecum  
„ à me distante negligam usq; adeò, ut ne passum  
„ quidem unum ad eum capiendum progessum  
„

omnibus  
Abbatia  
uā penit  
am rite &  
us omni  
uri.  
io, con  
atissimo  
Francis  
isualera  
em unam  
o Episco  
atur an  
nimis at  
co liquet  
Duci Se  
ab omni  
enissim  
gratu  
diciostr  
modic  
e debet  
eum, in  
omnia  
d, adin  
o, inqui  
us Deu  
n me la  
si tame  
assustri  
e passum  
gessurus  
lim.

Em. Malim, si fieri queat, togam meam meo  
cuore purpurascere ad Gebennensium hære-  
ucorum conversionem: O Domine Deus  
meillâ ad eum modum tinctâ gloriaturum.

Omnino, fructa Beato Præfuli proponeban-  
tura quæ splendorem in oculis hominum co-  
njunctum habebant; fructa altiorum dignitatum  
gradus deferebantur, quando ipsum propè pœn-  
iebat Episcopatum suscepisse; Recessi, ajebat, ab  
eotum commercio, qui secularem gloriam se-  
quuntur: semper cupivi recumbere in norissimo loco:  
placuit tamen Deo, imperare mihi ascenderem  
superius, [b] Ad illam usque diem tantoper re-  
fomidabam honorem Episcopatus, (quoniam  
furorum videbam, ut deinde apud homines  
commendationem haberem) ut ægrè ferrem  
versari in convyntu aliquo, in quo nullus præ-  
ter me Episcopus esset, cui loco cederem. Illud  
sincerè fateor, nisi Deum reverenter, libentiū  
me aquam lustralem circumlaturum per Tem-  
plum fuisse, & panem benedictum porrectu-  
rum plebi, quā n̄ ut sustinerem caput hoc mitrā  
gravari, baculo pastorali manus: adeò maluī-  
sem in minorum Sacerdotum numero remane-  
re, dando interim operam saluti plebeculæ,  
quām inter Episcopos recenseret. Et irridens co-  
miter sensum consanguineorum qui sibi de ejus  
dignitate gratulabantur, Odi, ajebat, servitu-  
tem cujuscunque generis, quicquid tandem ea  
luavitatis præferat: nunquam catenam mihi, ne  
ex gemmis quidem texuero. Sic enim essem in

Q 4

catenâ,

(b) Luc. 14.

248 VITÆ B. FRANCISCI SALESII  
»catenâ, quantumlibet illa fulget. Id quod  
»potissimum sequimini, & spectatis, bonum  
»ipsâ non est; ac tametsi illa quæ tanti facit, sp  
»ciosa sunt, habent tamen imaginem bonit  
»tantum. Nondum me nôstis: ambitiosioris  
»quam putatis: si in iis quæ mihi proponuntur  
»sublime aliquid aut excelsum deprehenderem  
»uterer conditione, atq; adeò illa ipsa exquirere

At at, cur tandem, serve Dei, gradus illos homi  
rum tam obfirmato animo rejicis, quibus tua  
virtus tam dignum reddidit? Evidem à S. Grego  
gorio Nazianzeno ultra dimitu Constantino  
litanum Episcopatum, ut Episcopos quosdam pa  
caret, qui ea de causa alterabantur, mirabile et  
tecum quis contendit de dignitate Ecclesiastis  
ad quam tua te sanctitas, Reges ipsi, vox populi  
vocat? Sed nimis eodem Franciscus confundit  
id faciebat, quo S. Joannes Chrysostomus olim  
repudiabat ex singulari modestia Episcopatum  
quo erat dignissimus. Quis enim ex vobis, inquit, n  
lens turrim edificare, non prius sedens compuat summa  
qui necessarii sunt ad perficiendum? (c) An vero isco  
sulto faciat, qui exercitu præfici se sinat, notitia  
militaris expers? Ac si ei qui scandalizaverit animos  
de pusillus, expedit ut suspendatur mola asinaria in celo  
ejus, & demergatur in profundum maris; (d) quo tandem  
in periculo naufragii ac precipiti versere, non uni,  
sed tot millibus animalium tibi creditorum offenditionem creaveris? Hæc sibi Franciscus  
videlicet post S. Joannem Chrysostomum cantabat, uterque ex Magistri sui & SS. Apostolorum

(c) Luc. 14. (d) Matth. 18.

ESII  
d quod  
bonum  
facitis, ho  
n bonum  
tiosior  
ponunt  
hendit  
exquirit  
lllos hom  
ibus tua  
à S. Greg  
antinop  
oldam pa  
rabilis et  
clesia sua  
vox pop  
us confisi  
mus odo  
copiam  
inquit, n  
at sumpt  
io isca  
potitiz  
perit um  
ria in ill  
quo tal  
versere,  
i credere  
rancilic  
um can  
tolorum  
genio

PARTIS IV. CAPUT XI. 249  
genio, qui ab honoribus refugiebant, unâ Marty-  
ni cupiditate tangebantur.

U[er]o ad temporis seriem revertamur, B. Præsul in-  
taetus ab ea illecebra, quæ mentem utique minus  
generosam commovisset, ut ex rerum creatarum  
contemptione sempiternam coronam texi jam di-  
dicerat, Quadragesimales conciones habere con-  
stituit in Rupensi oppidulo, Diœceseos suæ. Ibi  
tanquam opportunissimo in loco placide acquie-  
scens, plebem noctus docilem, & ut sit in pagis op-  
pidi sive humilioribus, ad satus virtutum accipien-  
do segregati comparatam; progressus fecit incre-  
dibiles, neque in vulgi tantum mentibus, sed etiam  
in aliis quibusdam acrioris ingenii, & rerum acce-  
ticarum studiosis. Quintâ quaque feriâ explana-  
bat Sacerdotibus quæstiones conscientiæ; quò ni-  
hil ignorantे eorū, quæ muneris sui essent, quaé-  
que ad ejusdem perfectionem pertinerent: qua  
in te ipse sic sibi latifecit, ut sensum animi sui in  
hæc verba deinde aperuerit: Redeo ex loco  
delitiarum mearum, ubi populum facilem, hu-  
miliem, piu[m] institui. In magnis urbibus super-  
bia ferè & ambitio dominatur, præsertim in ho-  
minibus primariis, & copibus atq[ue] auctoritate va-  
lentibus: i[ps]i ferè sibi adulantur, & ad nutum suū  
peragi cuncta volunt: plebeji autem isti verbū  
Dei excipiunt perattente: neque minus tamen  
sanguine Filii Dei redempti sunt, quam Reges  
& Principes: quare ego quidem nihil inter hos  
illosque continuo discriminis, nisi ex eo, quod  
majoris minorisve gratiæ, divinorumque mu-  
nerum sunt participes.

Q 5

Sub

Sub id tempus, cùm accepisset spargi rumorem  
 à Ministris Gebennensibus Calvini asseclis, pa-  
 eos se ad disputandum esse, dum staretur condi-  
 tionibus à Luxio Barone latis; eâ de re sic incensu-  
 s. Antistes scriptit: Quod ad disputationem spe-  
 s. Etat, de qua anno superiore agi cœpit, ut cum  
 Gebennensibus Ministris in certamen desce-  
 derem; & manu ipse meâ scripsi, & meo sigillo  
 obsignavi, quandocunque ipsi consentire in-  
 quas legitimásque conditiones ad congrega-  
 dum vellent, advolaturum me, & cele riter, &  
 sincerè: eâ fiduciâ Dei mei, fore ut glorificetur  
 inde nomen ejus, disputationeque ad salutem  
 complurium animarum valeat: quod ut sicut  
 beat, ab eodem Domino Deo meo precormi-  
 gnoperè. Anecii, anno 1605. Sed cùm ei-  
 tantum in speciem ab infidis & insinceris homini-  
 bus fieri animadverteret, quibus certū esset moni-  
 tergiversationésque alias ex aliis ne cœndo, pro-  
 politum certamen declinare, constituit ad suam  
 Diœcесim visitandam aggredi.

## CAPUT XII.

*Agreditur ad visitandam Diœcесim: Cam-  
 berii conciones Quadragesimales habet:*

*Anecium reddit, tentatum à  
 Gebennensibus.*

**V**isitari terram à Deo, & ineibriari, sic ubi aridior sit,  
 monet Rex Psaltes, unde pingue sciant speciosa de-  
 ferti. (a) Hunc imitatus famulus fidelis, Anecio-

(a) *Psalm. 64.*